Quelle: http://manuscripta.at/?ID=36451
Copyright: Melk, Benediktinerstift



caritatem habueris. Quam qui secutus
fuerit. a recto aliquando tramite non
recedis. Ecce fratrum karissime inter mul
ta alia ista sacerdocii. ista sunt palli
a. Que si studiose seruaueris. quod
deforis accepisse ostenderis. intus
habebis. Sancta trinitas fraternitatem
uestram gratia sue protectionis circumdet.
atque ita in itineris sui uia nos di
rigat. ut post huius uite amaritu
dinem ad eternam peruenire dulcedi
nem mereamur. Data iii ii ianua
rii. anno domini leonis pape noni in
dictione vi. Idem quoque presul
apostolicus inuitante henrico imperatore
theutonicas partes adiens
ratisponam uenit. sanctumque wolfgan
gum eiusdem urbis episcopum de tumu
lo leuauit. inde babenberch cum
ipso imperatore transiens. priuilegia
eiusdem loci a cancellario suo fride
rico. qui sibi postea successit. per
spici et coram imperatore populoque pro
nunciari mandauit. et sua auc
toritate illa confirmauit. Cuius
nimirum confirmationis descriptio
in hunc modum se habet.

Leo episcopus seruus seruorum
dei. hartwico bbbergensi
episcopo. sibique canonice in se
de episcopatus successurus in
perpetuum. eternam in domino salutem.
Cum exigente cura pastorali to
cius sancte ecclesie dei. nobis prouiden
tia commisse. in partes germanie ue
nissemus. que orientali francie
adiacet. precibus dilectissimi filii nostri henri
ci secundi imperatoris et tercii regis.
ac supra fati dilectissimi confratris
nostri episcopi hartwici babenbergensis uenimus.
et inde natalis beati luce euwan
geliste. inter missarum sollemnia cum
uerbum dei haberemus. ad populum presente
nominato karissimo filio nostro henrico
et episcopis quam plurimis astantibus.
etiam laicis et diuersis potestatibus
seculi. relecta sunt predecessorum nostrorum
priuilegia. quibus idem locus fun
datus et corroboratus est auctorita
te romana sancte sedis apostolice. Re
lecta est ibi et conscriptio et affir
matio wirzhiburgensis henrici episcopi. qui
predictam bbbergensem ecclesiam banno
episcopali et episcopi termino accepta
placita commutatione firmauit.
que sic acta est. Dum henricus
imperio primus in regno. sedis. diuini
ignis amore succensus de predijs. que
dei gratia hereditario iure in sue
possessionis dominium peruenerant.
dei seruitium augere construendo
episcopatum. atque ordinando desidera
ret. quo id legitime rationaliterque fie
ri potuisset. henricum uenerabilem
wirzhiburch ecclesie prouisorem. quatinus
predictum locum babenbergensem nuncupa
tum cum pago qui ratenhgowe dicitur.
qui ad sue dioceseos statum pertinere
uidebatur de suo iure in eius iuris ad
id perficiendum transfunderet studiose
cepit flagitare. Qui quoniam iuste et
rationabiles cause uidebantur. eiusdem
inuictissimi regis peticionibus ad
quiescens. cum communi cleri sui atque
militum. nec non totius populi consilio et
consensu. prefatum locum cum predicto
pago tribus parrochianis ecclesiis
cum suis adiacenciis exceptis. quarum
nomina sunt hec. wachenrode. Loner
stat. mulehusen. omni postmodum